



DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Abläss Gedenken an Pius VI.

Pfarrarchiv Weerberg

11.07.1805

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7361.A53

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)

Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

[urn:nbn:at:at-dai-43494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:at:at-dai-43494)

PIUS PP. VI. AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Ad augendam fidelium religionem & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; supplicationibus quoque venerabilis fratris Caroli Francisci Episcopi Brixinensis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus & confessis, ac S. communionis refectis, qui aliquam ex Ecclesiis civitatis & diœcesis Brixinensis, in quibus imago sacri cordis Jesu speciali cultu ac devotione colitur, feria sexta immediate sequente post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi a primis vespers, ac in una die cujuslibet mensis per ordinarium respective designanda ab ortu usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem Christi fidelibus saltem contritis in quolibet ex reliquis diebus totius anni præmissa peragentibus, bis centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus; præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, vel manu alicujus notarii publici subscriptis & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Januarii MDCCXCV Pontificatus nostri anno vigesimo.

Card. Braschius de Honestis.

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI.

Sanctissimus ad preces Revmi. Episcopi Brixinensis noviter porrectas, ut officium & missam de sanctissimo corde Jesu, jam die 14. Januarii 1795 ab universo clero seculari civitatis, & diœcesis Brixinensis, nec non a religiosis utentibus calendario diœcesano quot annis in feria VI. post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi recitari concessum imposterum una cum indulgentia plenaria in festo ut supra concessa in dominicam post octavam sanctissimi corporis Christi transferre dignaretur, auditis infra scripto Secretario referente, & inspectis peculiaribus circumstantiis in supplici libello enarratis gratiam juxta petita oratori benigne concessit. Die 23. Novembris 1796.

(L. S.) Card. Archintus, Præfectus.

D. Coppola S. R. C. Secretarius.

Imprimatur juxtâ originalia. Signat. in Consistorio Brixinæ die 18. Maji 1801.

Conradus a Buol, Præses.



Martinus Hölzel, Secretarius.

Publicentur suprascriptæ indulgentiæ in Ecclesia curata ad S. Petrum Ap. in Weerberg Parochia Collsals in qua imago sacratissimi cordis Jesu speciali cultu & devotione colitur, assignando pro lucranda indulgentia menstrua primam Dominicam cujuslibet mensis.

Prima vice 3^{ma} Julii 1805. Domin. 13. post Pentec. hujus gratia usus factus est ita Josephus Notarius a. d. loci curatus.

Signat. in Consistorio Brixinæ die 11^{ma} Julii 1805.

Conradus a Buol
Præses

Martinus Hölzel
Secret.

6.7361.A53

Hall R. Allyn

April 1 County in Mass

(copy)

AD PERPETUAM REI MEMORIAM. PP. VI.

Faint, mostly illegible text, likely a Latin document or legal record.

Faint text, possibly a date or reference.

Card. Braschius de Honolis

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

Faint text, likely the beginning of a formal decree or report.


Card. Archidiaconi, Prolocutor

(L. 2)

D. Coppola & R. C. ...

Faint text, possibly a date or reference.

Commissarius a Bolo, ...



Faint text, possibly a title or subject line.

Faint text, possibly a date or reference.

Faint text, possibly a title or subject line.

Faint text, possibly a date or reference.

6.7361.A53